

De consolatiōe theologie

Liber de consola/ tione theologie Incipit feliciter.

a

Necūq; scripta sunt: ait magis ille discipulus theologie Paulus ad nostrā doctrinā scripta sunt: ut per patientiā et cōsolatiōe scripturā spem habeamus. Conuenerunt aliquādo sup hoc verbo voluc̄er cursor leuis explicans vias suas. Et monicus in religione degens. Qui ut vidit q̄ voluc̄er sibi

notissimus ad se venit de lōginguo. multa quidē sup multis. sed multa plus plurima super aduena quodā germano suo conquirere dispositus. Quis inquisitio nem et alterius respōsionem. sequens dia logus explicabit et hoc p̄ quatridū sub tetragono consideratōnum. Que licet ad inūicem cōmunicent. erit tamen appropriatus prima de consolatiōe theologie perspēm in cōtemplatione diuini iudicii. Secunda per scripturam in reuelatiōne regiminis mundi. Tertia per patiētiā in zeli moderatiōe. Quarta per doctrinā in conscientie serenatōne. Deus autē pati entie et consolatiōis console nos in omni tribulatiōe nostra. et det sermonē rectū in ore duorum. Quoz voluc̄er sic incipit.

I

Drimū metrū prīmi libri Elegiacū

In quo defletur miseria ciuilis dissensionis. Concordat in genere carminis primo metro Boeth de consolatione philosophie.

Carmina

Sepe peregrinas voluc̄er transmissus in oras
Regrediens: patrie menia iam video
Dulcis aue natalis humus/tu francia felix
Inclita parisius/nobile palladium.
Den quid id est: seu bellonam cerno tumultu
Linili furere/sanguine cuncta replet.
Spiritus in medium missus vertiginis errat/
Obtruncant gladijs mutuo se proprijs:
Laceribus trudunt alios: aut flumine mergunt.
Membris torturis plurima dilaniant.
Pars queuis dici pietas vult/publica curans
Commoda: que patrie viscera rumpit ouans.
Justicie vultus atrox mentitur erinis.
Rex inuio te clamans regia sceptrā rapit.
Exuperant syllam/cathilinam crimine vincunt.
Uim pro virtute bellicus horror habet.
Non pater a natis tutus. fratrems perire
Uult frater. socii mors venit a genero.
Clerum/miliciam/cives/sine lege reclusos
Larcere/plebs rabida sicut oves ingulat.
Nullus adest nostre respectus religionis
Iura sepulture denegat impietas.
Quisquis opes vel diuitias famatur habere/
Obiicitur titulus proditionis ei.
Eredit hic partem neutrā defendere partis/
Hoc virtusq; patet innocuus īgulo.
Hec satis est alijsyni se tradere parti/

Liber Primus

Nisi se flagicijs conselerent paribus.
Quid q̄ te patriam pulchram violare vocatur
Extera gens: hostis te lacerando rapit.
Nulla fides pietasq; manet/confunditur omne
Fas qz nefas/regnat horrida tesiphone.
Extremos nonne fuerat iocundius indos/
Aut glaciale solum me penetrasse prius.
Aduena tu felix alia te parte receptans/
Namq; patent oculis non mala tanta tuis.
Verum monachus hic degit/sua claustra subibo/
Ac de fratre suo fecero verba sibi.

Prosa prima libri primi

Monicus

Et ne volucer quē video! **C**erte is est. Dic precor o volucer vnde venis: que noua fers: qualis ad me te modo sors attulit? **V**olucer. **S**cito monice. quoniā in cōstātienī cōcilio generali. cum germano tuo conuersatus vsq; ad finalem summi pōtificis egressum. tandem diuerticula cōrens etiū cum eodem. qui iuxta cognomē suū peregrinus effici maluit in terra aliena/ q̄ ad suos buc regredi. **M**onicus. **S**atis est o volucer. si certum me face re potuer; quid agit dilectus anime mee quid amor cordis mei. Nonne dolet velut ecclēse fieri in ignota et longinqua regiōe/ vbi liguā quā nō nouerat audit? Nonne subtristis est/ se ponī sub modio vel in obscuris sicut mortuos seculi. qui lucere super candelabrum fuerat institutus? **V**olucer. Nihil prorsus o monice/ tempoz tempestate pensata/ proq; diuincta animi preparatiōe qua sibi p̄uiderat om̄ia que occurrisserant equanimiter toleranda. Sauder potius in domino magnificans eum. et exultat spiritus eius in deo salutari suo. deputans se adiūtum meritis et precibus aliorum. Itaq; de se securus. et in se domino misericōdā trāquilus. deflet miseriā patrie proprie. indignissimāq; sortem. Cuūs tamē calamitatis media pars nō est sibi nūciata. quā oculis proprijs horrens intueor. Quine tiam sup conculcatiōe veritatis et iusticie plorans ingemiscit. Miserabilem deniq; ciuitatis celeberrime desolatiōem tan-

q̄ hieremias ruinas h̄ierusalem lamētaur. **M**onicus. Quia ratiōe fieri potest o volucer. q̄ exula patria/ a parentib; a propinquis a notis et amicis nō angustietur in corde/nō in animo turbetur? **V**olucer. **M**onice. nihil difficile est volenti. Deministi puto ut aduena nostre semper in medijs etiam turbis et verbib; solitudinem sibi quesivit et dilexit. Solitudinem loquor que est a curis fornicatis et hominū calumnijs vacatio. probans illud sapientis. qui minoratur actu percipiet sapientiam. **M**onicus. **V**icio volucer et expertus testor. **V**olucer. Ecce autē nunc elongauit fugiens et mansit in solitudine/ expectans eū qui saluū se fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate. quoniā vidit iniquitatē et cōtradictōe in ciuitate. Quoniam sicut passer. erupta de laqueo venantium. Undiqueq; nimirū sibi parabātur insidiarum tentacule. Enatauit ut potuit/ a naufragio reipublice. p̄stolans si forte postmodum sit spes. Nihil tandem se videns aduersus currētem furoris impetum nitendo proficere/ desiliit aliorum a curru publi ci regiminis/ cedens raptui prevalentis nequicie et malicie/ quam ad presens nō vincit sapientia. **M**onicus. Vincet tādem aliquādo. crede mihi: volucer. Magna quippe et fortis est veritas et super om̄ia vincit ac preualet. **V**olucer. Veritas o monice quando vincet nescio. hoc vnum p̄prijs oculis inspicio intra vocem ysiae/ q̄ conuersum est retrorsum iudicium/ et iusticia lōge stetit/ quia corruit in platea veritas/ et equitas non potuit ingredi. quoniā facta est veritas

De consolatiōe theologie

in obliuione/ et qui recessit a malo prede-
patuit. Quo cōtra videre est falsitatē: nō
qualemq; sed hereticam prauitatem in
via mandatorū dei/ que gambulat vicos
et plateas/ erecta cervice/ insultans catho-
lice veritati cum defensoribus suis. prote-
rit eos pedibus sordidissimis. Ac de ipsi-
suis tanq; domina victoriosissima trium-
phare gloriatur.

Rob dei atq; hoīm fidem. dic
orovolucrū de talis euerio?
Nonne sancta generalis syno-
dus. que pro veritatis tuiōne
principaliter instituta fuerat/ secultricē
huiusmodi veritatis exhibuit atq; prote-
ctricem. Verum hanc inter m querelam
omissam volo quoniā cupit anim⁹ ex te
cognoscere quib⁹ exercit⁹ se refouet fra-
ter/ quē torpere nequaq; purauerim iner-
ti oīo: quib⁹ insuper armis spūalibus
aduersus iniquos fortune seuentis im-
petus congregdi solitus est/ ne tristitia se-
culi que moriē opatur ipsum vel deieciat
vel absorbent. Volucr. De vera et so-
lida pegrini consolatiōe tecum sermonē
habiturus. significo in primis q; eam ac
cipit doctrice theologia/ que comitem se
dedit pegrinationi sue. Ab infantia enim
sacras litteras nouit/ neq; furor hostilis
neq; terror puerere potuit: quin pseque
retur iter suum/ de qua sapiens. Attigit
ergo/ ait a fine usq; ad finem fortiter/ et di-
sponit om̄ia suauiter. Hanc amauit et q
suum eam a iuuētute mea/ et quesuī spon-
sam mihi eam assumere/ et amator factus
sum for me illius. Secundū cōsolatio in-
trans in domū meam conq;escam cum il-
la. Non enī habet amaritudinē conuer-
satio illius. Nec tedium cōuictrus illius
sed leticiam et gaudium. In cuius pre-
conium ita liber metro pangere.

Secūdū metrū pri-
mi libri dactilicum
alcmaniū tetrametrū hypercatalecticū
In quo ponit laus theologie in hoc/ q
est efficax solari et currit cum secūdo me-
tro Boetij. Huius quā percipi.

Felix theologus pulchra sophis
Qui vult a puero se dare spōsam:
Hinc castū tenero stringit amore.
Iesus se vocans ūre sororem.
Casus se sociam prebet in omnes
Ac vire relenat tedia meste.
Solatur resonans cantica syon
Securoq; regit limite gressus.
Spes et vera fides concomitatur/
Et diuinus amor: quadraq; virtus
Prudens sobriaq; fortis et equa/
Donorūq; cohors iuncta beatis.
Ad testi tribulans soris ruit villa.
Duris increpitans torua flagellis:
Perstes. impavidō suscepit vuln.
Nam sic vinitur/ est Pax in amaro.
Nam si flammigeris intonat ether
Fractus fulminibus/ rotus et orbis
In se dissiliat/ si caro cedit
Pens esto stabilis/ sede retenta.
Nec tu quesieris herculis arma/
Nec grandes validis viribus artus/
Plus horrenda satis/ q; superarit.
Haciutrice potes perdere monstra.
Infandas erebi carmine pestes
Vicit quādo lyram temperat orpheus/
Molleſcunt lapides/ flumina ſyndunt
Sed se nō superat virtus amore.
At vero cithara dum modulatur
Pastor postea rect carminis odas/
Quas apriat phronesis/ ocyus exicit
Aequam spiritus a rege saule
Ergo nemo satis theologie
Laudes exculerit/ tanta patrantis.
Qua cure fugiunt/ mens hilarescit/
Que virtute sua monstra trucidat.
Luis vi rapitur aduena/ degens
Terris/ ad nitidum scandere celum.
Excelsa residens cernit ab arce.
Fortunam merito rectus vitrancs

Secūda proſa pri
mi libri sequitur.

Ronicus
Ure quidem laudaueris theologia
volucr. Sed in consolatione reci-
pienda contra fortuitos casus con-
tra vanam mundi felicitatem. Cur non
sufficerit celebris ille dyalogus phileſo-
phie cum Boetio. qui proflus elegāti ſti-
lo/breui/ et splendido compoſitus eſt. ſen-

tentias grauissimas atq; verissimas in se tenens: **V**olucr. **A**oli mirari monice. si theologia philosophie preficitur/ quoniā sicut naturam gratia/ sicut ancillam dominam et discipulā magistra/ sicut tempus eternitas/ sicut ratiocinatōnem intelligentia sicut visibilia ea que nō videntur. sic theologia philosophiam expperat/ quam nō abincit sed in obsequium sumit. **A**st autem lex diuinitatis et ordo. vt supra inferiorum iungantur ad superiorum infima/more concatenatiōis/ veluti plato loquebat/ que in corporalibus argenteis in spiritualibus aurea vocabatur. **E**t plane hanc in scala iacob gradū figuratiōem accipimus. **P**ropterea sub compendio procedentes inducimus theologiam inchoātem verbū ab illo supremo / quo philosophia consolatiō nem suam apud boetii terminavit. Ita enī recto breuiatōq; ordine proceder theologia/sursum machinā sue deductōnis erigens. si philosophie sibi fundamenta substrauerit. **Q**uale vero sit illō quod postremū pphilosophia posuerit/ puto me ministi. **D**agna enim robis est inquit si dissimulare non vultis: necessitas indita probitatis. cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. **M**onicus. **D**emini volucr/ et quali principio et ordiens: quali preterea medio progrediens hucusq; processerit retineo. nimurum qui studio libri illius ab adolescentia vehementer incubuerim:

Volucr

Congratulor eruditōi tue. Si quidē ab hac sentētia qua phi/losophia desinit: theologia suam cū peregrino consolatiōem iniciat/ qualis sententia formaler in au/ gustini soliloquio posita est. **L**et certe paulus dū ad heb: reos scriberet/ collaudaturus virtutez fidei/ proposuit symbo lum nature/ quod homib; pro omnī tē pore necessarium fuit. **C**redere enī opoz tet accedentem ad deū/ quia est et inquiretibus se remunerator sit. **A**t vero deus ipse qualis iudex existeret/ qualem insup remuneratiōnem daret querētibus se/ non potuit philosophia neq; discipuli sui du

ctu ratiōis inuenire. Deficiebat enim vo lentibus ad altiora descendere scala creaturū. per quam sempiterna dei virtus atq; diuinitas licet possit attingi/ non tam usq;quaq; vt cognoscerent quales quantas re penas reprobis deum cōtemnētibus/ qualia porro premia se inquiretibus/ iustus iudex tribueret. **Q**uod face resi vel philosophi vel poete tentauerūt/ emanuerūt in cogitatōibus suis. et rixaliūd q̄ errores fabulosos sibi q̄ dissidētes fingere potuerūt. **R**ectam deniq; manda torum deiriam nescierunt qua pgitur ad vitam/ que est status omniū bonorū aggregatiōne perfectus. q̄lem hic assequi ne minem posse philosophia demonstrat ex perimentali ratōne. **S**ed vel virtutes vel actus formales q̄bus attingatur iste statutus obiectiūe quidez. in deo intuitiue cognito philosophia tradere nō valuit. **D**isseratus autem desuper humanos errores deus/ eas veritates necessariag; salubres ad quas euehere nō poterat philosophia nec tentare debuerat/ theologia supernaturaliter infusa/ sicut et humanus super naturalis ē finis/ reuelauit et addidit. **I**n ter quas: non irrationabiliter theologia super istam q̄ deus inquirentibus se remunerator sit. quia videlicet iustus iudex est cuncta cernens. collocat et adjicit modum iudiciū a christo tradidi. Ibunt hi nō dubium quin mali: in suppliciū eternum. **J**usti autem in vitam eternam. **N**eque enim est alia veritas efficacius generativa timoris domini q̄ ista/ claudēs in se horrendissimū illud damnationis tonitruum. **I**te maledicti in ignem eternū. **N**unquid non horrendū valde p̄t̄ ci a facie dei summi boni? **S**ed ad horro ris cumulum inexcogitabilem/ additur maledictio crudens in ignem: non qualecumq; sed eternum. **L**et hoc cum dyabolo et angelis eius. ubi ascendet fumus tormentorum in stagno ignis ardentis et sul phuris/ usq; in secula seculorum. ubi vermis eorum nō morietur/ et ignis eorum nō extinguetur. **E**terunt usq; ad satietatem visionis omni carnī. **A**d hunc auditum si fides admitta est: timorē domini quis non sibi suscepit? **E**st autem timor domini iniciū sapientie. et ab ipso concipimus spiritū salutis. **E**t per eū declinat oīs a malo. illūians corda/ et in oblectatōe

De cōsolatiōe theologie

Seruit misericordia. **D**ominus. **Q**uare fieri potest o volucr / q per timorem et talem timorem veniat quevis oblectatio? **T**imor enim penam habet / que pfecta charitas foras mittit. **Q**ualis amplius esse cōsolatio potest hñti p oculis assidue stagnum ignis ardētis et sulphuris. in quod ne corruat. formidare habet momento quolibet. **N**ec vñq; dum ruit ab hoc paurore securus est. **N**escit enī homo finem suum neq; si amore vel odio dignus sit. **V**olucr. **R**ecte censeret monice si theologia fidelis nequaq; ad vñteriora per timore istum pucheret / si nō ad spem que non confundit / effugere compelleret. **S**i non deniq; ad deum totius consolatiōis / per dilectiōem amplectēdum sibi q; adherendū. velut in locum refugij. mirabiliter induceret. **D**ominus. **V**ellem audire quo pacto fieri habet hec inducio vere mirabilis de timore in spem et amorem. **N**eque enim eadem sede cordis simul habitare posse vident timor et spes licet legam prophete iussionem regibus terre ut seruant dñm in timore et exultent cum tremore. **E**t per sapientem. Qui timeatis dominū sperate in illum. et iterum prophetā. **B**eneplacitum est domino super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius. et alibi sine numero spes timori coniungitur. **V**olucr. **A**ttendens est o monice. solerter ordo iudiciorum supermi iudicis dei. quem philosofia non attingit. **U**nde theologia vñl humano more loquens triplicem deocuriā. triplicemq; thronum deputat. **R**esidet in prima curia et throno indulgens gratia. **R**esidet in altera curia et throno corrigenis misericordia. **R**esidet in tertia curia et throno damnatis iusticia de q; per apostolum. **H**orrendū est incidere in manus dei viuentis. **T**radiderat homines omnes in hanc mortis damnatoe preuaricator adam. nec erat qui de manu hanc iudicatis dei posset eruere / si non supra nature vires et merita / cōstituissest nobis iustus iudex deus / per sacramentum reconciliatiōis vñgeniti filii sui dei / curiam primā et alteram in quibus gratiam et misericordiā indices collocauit / intro nizans quando factus est nobis a deo sapientia et iusticia / sanctificatio et redemptio. **Q**uādo preterea datum est homini

bus damnatis in curia iusticie eam quāsi grauaminis illatricē posse declarare appellando ad supiores curias gratie et misericordie / quoniam superaltrat misericordia iudicium. fitq; ut vbi abundauit delictum superabundet gratia / quod philosophia nō cognovit. **D**ominus. **I**n cōpicio volucr grauioribus q; antea scrupulis vñgeri / ut omittam questioes interim multiplices / et tuis habentes dictis ortū de fide philosophorū et aliorum quo pacto saluati sint aliqui sub nature sola lege. **T**radit itaq; philosophia vix pscrutabilem diuine prouidentie vivacitatem. presentim dum ad eam confertur humani libertas arbitrii / cum certa precognitione futuorum. **S**ed ecce supaddit theologia difficultatem in immēlum minus inuestigabilem / neq; comprehēsibilem. dum quosdam ex hominib; recipit iudicados in curia gratie vel misericordier et ne beatitudinis p̄ticipes facit. **A**lios vero multo plures damnat in eternū sua iusticie seueritas / dicente eo. **M**ulti vocati / pauci vero electi. **M**irum autē si quis in hac cogitatōne constitutus nō perturbetur et totus horrore tabescat / qualiter abscondita non est consolatiō ab oculis suis (iuxta scripture verbum) dum ita deus inter fratres diuidit. **V**olucr. **F**arendum est in primis **D**omine! q; hec cōsideratio iudiciorum dei qui terribilis est in consiliis super filios hominū / si cum superba curiositate recenseatur / p̄cipitat in illum sapientis damnatiōem. **H**ui scrutator est maiestas opprimet a gloria / exterminat omnē bone consolatiōis virtutem deniq; in reprobam deo desperatōem / et in odiosas rabidas et insanias blasphemias demergit et absorbet. hoc in viatoribus aliquibus hoc in damnatis omnibus opatur. **A**t vero consideratio talis si cum debita humilitate et reuerentia fidelis et p̄j cordis assumatur. **S**ic cum captiuatōne omnis intellectus in obsequiū fidei revoluat. nullam existimat peregrinus noster potiorem vel efficaciorem ad consecutiōem legitime consolatiōis viā / diuinitus elargiri. **N**onne senserat hoc prophetā dum suspirans ait. **D**emoni sui iudiciorū tuorū a seculo domine / et cōsolari sum. **Q**uād isolatōz nescio si vehementius exp̄ssit alio loco is q; dixit. **E**t et tauerit. i.

Liber Primus

54

extra se salierunt filie inde propter iudicia tua domine. **D**onicus. **O**bseruan dum ne est obsecro volucer? ne min? sobria fortassis et insolens sic huic doctrine traditio. quoniam stultus infinitus est numerus/carnalium et arrogantium/qd non capiunt que dei sunt. et si no dixeris ea que versantur in corde suo et que suo ingenio penetrare se gloriari possint. **V**olucer.

Torrigit et repellit tuam hanc hesitationem conscientius arcanorum diuinorum apostolus. qui satagens contentidem gentilium romanorum et iudeorum qui susceperebat fidem compescere collocauit totius disputacionis sive velut centrum et cardinem supremum consideracionem diuine pdestinationis et prescientie ab illo loco. **S**cimus autem quoniam diligenteribus deum omnia cooperantur in bonum his qui eum propositum vocati sunt sancti. Nam quos presciuit et predestinavit. tecum. **I**hesus dum exclamat. **D**altitudo diuinitatii sapientie et scientie dei/ qd incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. **Q**uis enim cognovit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei et retribuerit illi? **I**lluc inserit qd non volentis neqz currentis. sed miserantis dei est. et cuius vult misereb. et quem vult indurat. **E**t qd non ex opibus. sed ex vocante dictu est. **J**acob dilexi. esau autem odio habui. **A**postolus igitur doctor genitum in fide et veritate inter quas erant insipientes multe carnales et superbe. si promissam eis considerationem pro sua edificatione non timuit exponere: quatinus eas et iudeos mutuo reduceret ad legitimam pacis et caritatis formam. **Q**uo pacto verendum erit inter christianos. pserit eos qui de sua salute solliciti sunt consideratione ista utique apud eum/ talem de sua salute consolationem suorumqz similiu opata est. vt assenseret **L**etus suis enim qd neqz mors. neqz vita. neqz angelii. neqz principatus. neqz virtutes. neqz instantia. neqz futura. neqz fortitudo. neqz altitudo. neqz profundus. neqz creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in christo iesu domino nostro. **P**oterit autem certitudo talis accipi de certitudine revelationis diuine si **P**aulus de se solo loqueretur. **S**ed dum conumerauit alios electos. dei conuenientius intelligit hoc esse dictu de certitudine spei. que tra-

quillitas quantu sit operativa. satis admodum propheta regius exposuit. qd dum gloriarundus in dno dixisset. In pace in id ipsum dormia et requiesca. Subiungit pro causa spem dicens. Quoniam tu domine singulariter in spe constitueristi me. **D**onicus. **S**cire velim o volucer quo studio vel industria deuenit aduenia nostra ut in hac pace in id ipsum fruere? **V**olucer. **A**ccipito vero mea sobrie Neqz enim dicere possum: nisi quod aspirat et aspirare suadet ad illam pacem in id ipsum cum propheta dicente. **S**oncupuit anima mea desiderare iustificaciones tuas / in omni tempore / si forte aliquando de siderium sui et similiu pauperum exaudiatur dominus. et preparacione cordis eorum audiatur auris sua. **S**cit enim quoniam nemo repente fit summus. scit quoniam munus hoc gratie magis est qd industrie. Nihilominus doctorum deuotorum scripta releges theologia ductrice suis yti conatur industriis / ne sibi metuere putetur. deumque tentare videat. **E**nitiitur experimento cognoscere que sit illa pacis consolatio qua sobrie inebriatur exclamat psalmista. **Q**uam magna multitudo dulcedinis mei domine quam abscondisti timetibus te. **S**ignanter ait abscondisti / qd nec ab habere tradi nec ab eo qui non habet capi potest. **E**st quippe nomen nouum in calculo candido scriptum. qd nemo scit nisi qui accipit

Certum metrum

primi libri glyconicum coriambicum. et proportionaliter sexto primi de consolatione philosophie. Cum phebi radijs.

Dignum credere nimis bonum
Intus quo valeas frui:
Extra non licet loqui.

Lerte nescie homo vetus
Intro quid sapiat nouus
Hoc est manna reconditum.
Sensus quod capit intimus.
Queris qualis ei sapor?
Aurem verbaqz quid paras?
Busta post videas licet.

Degens frater agro senex
Querit gaudia que domi
Frater iunior accipit.
Lecus mel ionathas prius
Gustat protinus hinc videt.

De cōsolatiōe thēologie

Del nobis sapidū deus:
Quo fastidia tollere
Dundi noria fas tibi.

Tertia prosa primi

Monicus.

Onseris interim volueret ver-
bum sup istis affectus deuoti
sentimētis/in quibus stat sapi-
entia: que in mysterio abscondi-
ta est. **H**ec est theologia mystica/de q tra-
catus fratris apud me seruo/quos dā la-
tino/quos dā vulgari scriptos stilo. **S**ed
sup his altera fortassis die sermo fiet:
Perge vero prosequi de spe: respondens
ad pauculas interrogatiōes meas/qui se
cretorum aduene nostri cōscius es. **R**eco-
gitat ne supremū iudicem deū: homines
ex massa peccatrice: pdestinasse quidem
hos ab eterno sempitne beatitudinis fo-
re particeps/alios vero prescitos repro-
batos ad suppliciū perpetuiū. **V**oluer-
cer. **R**ecogitat monice/et id sane freqn-
ter. **M**onicus. **A**ccusat ne diuersum
huiusmodi iudiciū dei: tanq̄ preterea sic
in eo seu quedā crudelitas/indigna bo-
nitate sua summa. **V**oluer. **A**bsit
monice talis aduersus deū blasphemia/
neq̄ enim psonā accepisse/neq̄ iniuriaz
fecisse dici potest q nulli debitor est. **N**ō
notauit apostolus dicens. **H**omo/tu
quis es qui respondeas deo:nunquid di-
cit figurētū ei qui se finxit. quid me feci
stī sic: An non habet potestatē figul⁹ lu-
ti ex eadem massa facere. aliud quidē vas
in honore. aliud vero in cōtumeliam.
Talis apd homies similitudo plurima
repitur. nedū super rebus vita carentib⁹/
sed animatis/ quib⁹ vtūtūr pro arbitrio
suo alij ad mortē. alij ad conseruatōem
nec arbitratur se/vel iniurie/ vel crudelita-
ti obnoxios esse. **Q**uid si vult deus in
mag domo sua manifestare diuitias glo-
rie sue. istis in ostensionem misericordie:
alij in manifestatōem sue iusticie/glori-
ficans illos ex misericordia/ istos ex iusti-
cia derelinquens: quatinus resulteret car-
men illud pulcherrimum. **E**x graui tenore
iusticie/ et molli cantu misericordie/ de q
li profite ppheta. **M**isericordia et iudici
um cantabo tibi dñe. **O**x si pauciores
sunt qui saluātur/ manifestior est in hoc
gratia dei quēadmodū int̄ surdos et clau-

dos mutos et mortuos/pauciores sunt q
miraculo curātur/q̄ qui proprie cōditio
ni relinquuntur. **V**erū dum ad singula
ria sit descensus et inquisitio. cur videli-
cer **P**etrū vel **P**aulum deus elegerit ad sa-
lutem. **J**udam vero et diuitē epulonē de-
reliquerit: opozet ut humana garrulitas
apponat digitū ori suo/hoc vnum profi-
tens q̄ iustus est domin⁹ in omib⁹ vijs
suis. **I**taq̄ sicut nulla potest assignari
ratio cur inter tot res possibles fieri/ ista
nō illa facta est/nisi beneplacitū dei. **I**ta
de recreatōne seu regeneratōne/ad vitam
spiritualē/multomagis dici debet. **N**e q̄
confugiendū est ad illorū merita vel ope-
ra/ quos ab eterno pdestinat deus. quia
si ex opibus: iam nō ex gratia. **S**ed neq̄
priorem eterna dei voluntas causam ha-
bet/ qui fecit om̄ia propter semetipm. im-
piū quoq̄ in diem vindicte. **A**bilomin⁹
fatendum est q nemo sine culpa damna-
bitur. sicut absq̄ gratia saluab⁹ nullus.
Monicus. **P**ergo voluer inquie-
re cōsequenter/si hanc aliquādo peregrī-
nus noster consideratiōem super se/ et ad
se reflectit. **M**editās ne forte sit ex nume-
ro reprobor⁹/neq̄ enim gloriari potest se
peccatū nō habere/neq̄ de alia massa esse
q̄ ceteros. **V**oluer. **D**icam illō mo-
nico quod sentio. **M**editatur aliquādo se
cum cōquerens. quid si iusto dei iudicio
damnādus es. **S**i reperit indispositum
cor suū ad humilem hui⁹ consideratiōis
susceptōem/derelinquit eā/ et ad alia se cō-
uertit. quemadmodū fieri consiliū est in
tentatiōibus vel interrogatiōibus carna-
liū peccatorū/ vel experientiis earū rerū/
que sunt difficillime electōis. vt si querat
aliquis a semetip̄. **M**alles membratim
laniat⁹ mori/q̄ illecebrose voluptati mu-
lieris pulcerrime consentire. **S**i vero
percipit affectum suū/ deo propicio tran-
quillum/humilem et suauē/sicut impreca-
tur apostolus. **D**eus autem spei repleat
vos om̄i gaudio/ et pace in credendo/ vt
abundetis in spe/ et virtute spiritussan-
cti. s̄istit pedetentim tamē et caute/in hac
recogitatōne. si forte damnandus est. **L**u-
ius apprehensioni/ nequaq̄ remurm̄
rat/ scdm presentem affectum/ et sensum
de diuina iusticia. **S**ed humiliatus di-
cit. **J**ustus es domine/ et rectum iudiciū
tuū. **N**ō q̄ damnatiōem eligat. **A**bsit. qz

Liber Primus

34

nec deus hoc vult ipm velle/sicut nec pecare nec desperare dum viator est. Dicit potius cū Job. etiā si me occiderit tamen in ipso sperabo. Et cōuersus ad dominū cū pio et humili affectu. Scio inq̄t eq̄ssime iudet/ quoniā damnati in inferno te odiunt. te iniustū. te inuidū. te crudelissimū iudicant. te blasphemant. te sanctisq̄ omnibus ore rabido maledicūt. Scio q̄ illuc cōstitutus (heu me miserū) sic agerē. At vero dum interim affectib⁹ tam effe-
ris et blasphemis careo. amo te qui totus es amabilis. te iustissimū. te amātissimū te clementissimū dijudico. te collando. ti bi sanctisq̄ omnibus tuis ore pio bene-
dico. quicquid postremo de me futurum ordinauerit voluntas tua. corde credo et ore profiteor. quoniā nulla est iniquitas apud te qui sanctus es in omnibus operi-
bus tuis. **M**onicus. Placet volu-
cer distinctus iste modus habendi se cir-
ca recognitatiōem diuine predestinationis seu p̄sciētē/nam sicut in primo curiosi-
tas temeraria. sic in secundo meritoria val-
de humilitas exercetur. **V**idere simile
est in aspectu vel recognitatiōe formose mu-
lieris/vbi periclitaret incōtinens. conti-
nens vero fortiter habituatus/ uterū ad
virtutem. **V**ideo q̄ amor hic gratuit⁹
est: nō mercenarius. nō recurvus. hec af-
fectio filialis vel fidelis spōse. quē amo-
rem/ quia donū suū est/ nō acceptare non
potest. quia diligentes se diligit. **B**eatū
qui ascensiones in corde suo disponēs ad
hunc gradum pene supremū peruenit. **S**entio deinceps magis ac magis q̄ me-
dio potest hec consideratō pacem quan-
dam et consolatiōem operari. Ita tamen
si sit apō homines qui peccata iam non
sterat. nam iteratio peccatorū quid aliud
pretendit q̄ reprobatōem et interitum?
Attento q̄ spes nō ex meritis proueniēs
presumptō est. nō spes estimanda. **V**olu-
cer. **S**cio o monice quoniā nemo est
qui vivit et nō peccet quando et septies in
die cadit iustus. **E**t beatū dicitur a psal-
mista: nō qui non fecit. sed cui nō impu-
tauit dñs peccatum. **V**irū fortasse videbi-
tur quod dictur⁹ sum. Inuenire est homi-
nē qui quanto pluribus impugnat ten-
tacib⁹/ quāto renitēs eis pluries euin-
citur/ vel in voracitate gule. vel in somni-
culosa dormitatōne/ vel in stimuloꝝ car-

nis crebra p̄pressione/ et alij huiusmodi/
tanto frequētū certius et ideo fortis. qz
humilius in deū se projicit. de deo sperat
et confidit. **V**onsulte quidē dum nullam
videt in se fiduciā resistēdi vitis/ neq̄ vir-
tutes et salutē adipiscēdi repositā. **F**allor
si nō ita dauid egerit inq̄ens. **I**mpulsus
euerlus sum ut cadere/ subdit. cuins inni-
xus ē auxilio/ et domin⁹ suscepit me. **R**ur
sus cū ab homib⁹ sibi desperatō impro-
peraret/ quia tulerat ouem et pastore occi-
derat/ et dicerent. non est salus ipsi in deo
eius/ ipse solidiori spe deo filius respōde-
bat. **T**u autē domine susceptor meus es
gloria mea. et exaltans caput meū. **D**o-
nicus. **U**lt intelligo volucer. Ita seres
haber/ q̄ apud vere humilem quāto mi-
nus est in se spei/ minus in ope aliena fi-
ducie. minus deniq̄ vult cōstituere iusti-
ciam suam. tāto plus spei plus fiducie de
deo p̄cipit. plus quoq̄ iusticie dei fit sub-
iectus. dicens ex sententia. **H**ibi autem
adherere deo bonum est/ et ponere in dño
deo spem meā. clamans ei. in tua iusticia
plane non in mea/ libera me. Postremo
magis intelligere nunc video/ que in de-
uotoꝝ librī legi/ de introductiōe sponse
in cubiculum sponsi. de osculo oris eius
post osculum manū et pedum/ de habi-
tatiōe præterea in adiutorio altissimi/ nō
in habitatiōne vel meritoꝝ propriōꝝ que
vana est. vel penarum futuraꝝ que antia
vel in industriaꝝ propriariū que timida est
et incerta. **A**ltera vero qualiter esse pos-
sit in adiutorio altissimi. inter tot vite di-
scrimina. inter tot criminū lapsus. inter
tātam electorum paucitatē edisseras ve-
lim. **V**olucer. **R**erum ista condi-
tio est o monice/ ut in suos fines tendant
quib⁹ adeptis quiescunt adherentes eis.
hoc de graib⁹ deorsum. hoc de leib⁹
sursum videre est. **E**st autē humani cor-
dis desiderium et pondus/ in deū/ sicut in
locum suū et centrū ferri. est supremū post
quod nō relinquīt aliō humane peregrī-
nationis refugium. **S**ugest igitur nihil
infra quod/ vel ultra quod possit huma-
nū se cor deflectere vel fugere. dum ponde-
resuo se cōstituit adherere deo. nūc interi
per spem. fidem et amoreꝝ. neq̄ enim sibi
dat aliter status presens. **P**orro sicut ali
quis dicitur adherere certitudinaliter lo-
co alicui vel baculo/ dum totis virib⁹ ita

De cōsolatiōe theologie

Itare vult. nō aliter spem certā dicimus p
deliberatā voluntatis adhēritiam. neq;
enī spes est in assensu et vi rationali / sed
desiderio et expectatiōe virtutis irascibi-
lis tendentis in ardūa. quod desiderium
tendentia / vel expectatiōe regitur in virtu-
te spei cum tanta certitudine p adherenti-
am voluntatis / q p nullius temptatōnis /
vel recognitiōis insultū vult ab ea semet
euellere. ¶ Consurgit ex radice simili cer-
titudo in assensu fidei. dū p nullas ratio-
nes vel fantasias fidē impugnantes / vult
derelinquere / quo minus stet in fide / ad
obeditionē dei / et meriti conquisiōem.

Quartū metr̄ pri- mi dīmetrū Jambicū.

Quemōris alto stat ingo
Quercus suis radicibus
q Defixa nitens fortier:
Ventos et imbr̄es non timet:
Assumit hinc plus virium
Quo plus in imo se locat
Concussa venti turbine/
Sic spes ferens tentamina
Antheus invictus fuit
Dum cautus incubans humi
Non vult in altum surrigi/
Elatus illico perit.
Que collocatur sareo
Domus loco fideliter/
Tenti pluie flumina
Deseruant/ nuncq; ruit.
Herere vos spe firmiter
Vestro loco nitamini.
Vester locus certe deus:
Quo spes reponit certior.

Prosa quartā pri- mi libri

Donicus.

Unū est aliquibus o volucr̄
q spes in prescritis semp sit er-
ronea. Id enī se putant habitu-
ros quo carebunt. Alij volen-
tes hāc absurditatē evadere dixerūt spem
in hac cōditionali existere. Si legem dei
obfūauerō salu⁹ ero. ¶ Volucr̄ **D**o-
nice. nec hoc vltimū sufficit ad spem. sta-
ret enī cum desperatōe talis cōditio. Nec
primū sobrie dictū est: q deus obliget re-
probos ad errandū / sicut obligat ad spe-

randū. Proinde spes ad certā beatitudi-
nis expectatiōem sic se habet. Ponit sibi
p fidem / q est aliqua talis beatitudo. iun-
git q ad illā pura liberalitate et gratia de-
us ab eterno quosdā predestinat et eligit.
Addit q ad consecutiōem hmoī finalis
beatitudinis. ordinavit media cōuenien-
tia / varijs modis sine numero. Inter que
mediū precipiū est gratia. que ideo dici-
tur vita eterna: quia pignus eius est / vel
arra. Hanc autem gratiā nulli dedit neq;
daturus est: nisi p mediū mediatoris dei
et hominū. Quā gratiā pro omnib⁹ meru-
it ad sufficientiā. sed non ad efficaciā. ni-
si incorpatis sibi per fidem habitualē / ve
in paruulis. vel actualem et habitualem q
per dilectiōem pseueranter operatur. que
fides min⁹ explicita fuit in prophetis tē-
pore legis script⁹ / q in apostolis tempe
gratiae. Et longe minus in philosophis et
alijs gentilib⁹ p lege nature. Quāvis enī
omnes accedentes ad deum oporteret cre-
dere q deus est. et q inquirentib⁹ se remu-
nerator sit. quis eis tamē modus quo ta-
lis remuneratio cōsequeretur / p mysteri-
um videlicet incarnationis filij dei. sicut
non erat explicitē reuelatū / sic nec explici-
ta fide credendū. Leterum spes taliter in-
structa p fidem. que suus est oculus / figit
in primis desideriū suū ad beatitudinis
adeptōem tanq; ad finem. Et ab illo desi-
derio nequaq; vult auelli. Deinde deside-
rat media quelib⁹ ad huius finis assecu-
tōem per dei pudentiā ordinata / p arma
iusticie sicut dicit apostolus. a dextris et
a sinistris. per gloriam et ignobilitatem. per
infamiam et bonam famam. ¶ Fides itaq;
rursus dicit ei / q diligētibus deum et spe-
rantibus in eo / omnia coopantur in bo-
num / sicut tradit apostolus q omnia no-
stra sunt / conformati ad christū. Primū
querite regnū dei / et omnia hec adiūcent
vobis. neq; talium aliquis predestinato-
rum peribit vñq;. Quo contra fit de re-
probis qbus omnia cedunt in malum /
etiam aliena bona que in scādalum sibi
vertunt et ruinā. Nihilomin⁹ quoniā ig-
notum nobis est quos vult inter homi-
nes deus et qualiter saluos fieri / opandū
est bonum ad omnes / vel orando / vel cō-
monendo / vel bortando / vel increpādo /
vel ab errorib⁹ vitijs abducere satagēdo /
Ita sagena caritatis pcludit ī se bonos et

malos separandos in littore iudicij.
Preterea si ex peccatis electorum diuina bonitas potest, scit et vult elicere bona. non tamen idcirco mala bona sunt, vel eligenda, sed cauenda penitus plangenda. **C**ollaudatus autem benignissimus et omni potens deus quod malis nostris non solu non vincit, sed ex eis operatur bonum nostrum. **H**ic enim dicunt omnia sub peccato coclusisse, supplex pmissive ut omnium misereantur. Peccauit petrus, humilior cautor et misericordior effectus est, non aucto mali sed miseratione dei. Peccauit Magdalena, plus postea dilexit, quod multu sibi dimisum est, et in exemplar penitentie ceteris cessit. Blasphemus fuit Paulus, confitebatur humiliatus, quod non sit dignus vocari apostolus, et est inter peccatores primus. Denique iocundatur pater et epulat in recepto filii prodigi. Et gaudiu est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Quis nesciat proinde pauperes dum de stercore peccatorum erigit eos deus, collocas in gloriam cum principibz populi sui, quod in ampliores erga diuinam benignitatem assurgunt gratia, actiones, non quin innocentia preservata seruata, plus habeat dignitatis et gratie ceteris paribus. Sed in reparatione depedit magis eminet misericordie benignitas. **H**is eradu vero est, quod in reprobis agit et diuerso, de virtute et humilitate supbiunt, de gratuitis dei donis vel ingratiti sunt vel tepidi, vel in suam et aliorum proprietatem et dei in honorationem abutentes vertunt. Ita ut eorum quandoque fiat oratio in peccatu, hic per ingratitudinem, in inferno autem per blasphemiam insanior. Recordan tes enim quemadmodum fuerunt aliquando supplices deo. Hec illa bona facientes, venerantes sanctos, sanctasque omnes cum deuotio, quidam rabidiori contabescant odio et maledictis latrante aduersus deum sanctos, sanctasque omnes, presertim eos quos per pie coluerunt eos inuidos, eos crudelissimos, impios et ingratos, qui non ipsis a tormentis cum possent eripiunt, acclamantes. **Q**uid ergo dicemus ad hec, faciemus igit malam ut deus eliciat bona, vel bona vitabitur ne contingant mala qualia terribilis. Absit, propter id enim quod per accidens est, non debet illud quod de per se est variari. **D**onicus. **D**orresco volucer hecaudiens, et videns te super admirabili

via nisi pro consolato, adepto, dum tre mendere et parie desolatois memoria sub inducis. **V**olucer. **D**ic modus est, hec ars theologie, credideris monice, quod sicut per stulticiam et scandalum predicationis crucis salinos fecit credentes sic per insipientiam trahit ad sapientiam dicente apostolo. **D**i quis videretur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Non aliter vult eadem theologia per summam desperacionem de homine, trahere ad summam deo spem, et per desolatorem inestimabilem et intolerabilem, sursum ducere ad solidam consolatorem. **A**ddideris nullam esse recognitatem que plus ista radicaliter euellat ab humano corde supbia, de se semper aliquid magnum presumenter, cui resistit deus, que magis insuper gignat nutrit at humilitatem legitimam sub deo et ad homines, virtus procul expulsis que fert secum supbia. Nam qua fronte poterit aliquis fratre suu qualecumque deinceps, vel odio vel ira vel inuidia, pse qui, immo nec animo, quod reprobus sit iudicare, qui videt se de eadem massa peccati in eadem damnatione esse, neque scit quid sibi crastina parat dies. **O** si voluerit gloriari de bonis suis, mendacem est si non habet, si habet illa gratia accepit a deo. **Q**uid ergo gloriatur quasi non accepit? **Q**uid preterea inducat alienum seruum qui domino suo stat, aut cadit, stabit autem, potens est enim deus statuere illum. **S**ub hoc intuitu dixisse putandum est apostolus, **V**enit deus saluos facere peccatores, quorum primus ego sum, primus intelligo quo nullus prior, videt secum alijs equaliter filium ire, et eadem peccati massa esse, quales venerat saluare deus. **D**onicus. **I**ntelligo volucer materiam, hanc de timore et spelata esse, vellem traderetur sub compendio modo quo precipue spes stabilitur. **V**olucer. **N**imirum stabilitur a deo, cuius supnaturale donum est. **S**ed si particulariter aliquid exigis, inuenies quadruplex meditatio que velut in tetragono firmissimo gestat spem. **U**na meditatio est diuine iustitionis ut speres. **A**ltera diuine promissionis si speres. **T**ertia immense dei pietatis ne desperes vincere de suis miserationibus. **Q**uarta proprie fragilitatis, ne speres in te vel propriis viribus. **D**ic igitur cogitationi tuae sollicitati spem deserere, dum

De cōsolatiōe theologie

non facis certam vocatiōem tuā / p bona
opa/ quotidiē corruēs de peccato in pec-
catum. īgerēti proīnde ne sis de multis
vocatis et non electis/sicut vita tua simi-
lis est multoꝝ. **Dic** respondēs/q̄ obedis
iūbēti deo qui mille locis scripture sacre
precipit ut speres in eo.cui dico. **L**xur-
ge dñe deus in p̄cepto quod mādasti. pū
cio me in te iubente te. nō es crudelis aut
fallax ut abiicias me. iuncta p̄sertim mul-
tiplici p̄missione tua/ qua speratib⁹ in te
pollicitus es q̄ liberares eos. eripes. sal-
uares et glorificares. **L**uius dem⁹ tā im-
mēla pieras est. ut nullis peccatis etiā in
finitis si omissem ea solus/ vinci possit
hic in via. **Q**uod q̄ interposuisti cū imo-
bilitate cōsilij tui iusiurandū. ut p̄ duas
res immobiles sicut loq̄tūr apostolus tu-
us quib⁹ ip̄ossible est mētire te/ nos for-
tissimū solariū habeam⁹ ad tenendā p̄po-
sitam spem. q̄uis enī sis inobligabilis a
creatura tua rōnali/ quicq̄d agat. p̄ te vel
erga te. voluit tamē dignatissima conde-
scensio tua. cōmerciū quoddā habere cū
hominib⁹. ut bene de te mereātur si iussa
tua ḡplererint/ et in te sperauerint/ qui fi-
delis es et eipm negare nō potes. **H**ec tu
ita deo. **P**ostremo dū propria fragili-
tas obīcīt ut desperes. desperes volo. sed
de te et in te qui homo et caro es. nā male-
dictus homo qui ḡfidit in homine/ et po-
nit carnē brachij suū/ et a dñō recedit cor
eius. **S**ed hic occurrunt trepida cogita-
tio dices. qua ratōe conabor declinare vi-
cia. virtutes adquirere. seruare mandata
dei. sine q̄bus sperare vitā ingredi/ iā nō
spes est sed arrogās et infidelis p̄sumptōz.
Anonaberis prorsus. sed in adiutorio al-
tissimi. et millies virtus. millies conabes
eo quidē amplius et certius/ quo nulla ti-
bi supereft fiducia de p̄prijs opibus. **P**ro
pterea dicturus **G**halomon finē conti-
nationis sue dū p̄ferre vellet. **S**erua mā-
data premisit. deū time. quia videlicet ab
ipso est bonū vel velle vel p̄ficere. **N**o-
nicus. **R**etineo q̄ in soliloquyis silia
de se cōfessus est August. **S**perabā inq̄t
aliquādo in virtute mea quenō erat vir-
tus. **E**t cū sic volui currere/ vbi magis sta-
re credebā/ ibi magis cecidi. factusq̄ sum
magis retro q̄ ante. **D**icebā enim: hoc fa-
ciam. illud p̄ficiam. siebatq̄ post: nec hoc
nec illud. quoniā de meis virib⁹ ḡfidebā

Nunc autē confiteor tibi dñe rex p̄ celī
et terre. quoniā non in fortitudine sua ro-
borabit vir. ut nō glorie antete stulta p̄/
sumptio oīs carnis. **C**olucer. // **T**ra-
ducit aduena noster meditatōem hāc eti-
am vſq; ad angelos et sanctos/ dum atten-
dunt horroꝝ diuinorū iudiciorū in dā-
natis. **C**anim⁹ enī q̄ tremūt angeli atq;
archangeli. tremūt intellige: nō ex for-
dine sue dānatōis/ quib⁹ inest glorie secu-
ritas. sed eo magis ex alioꝝ dānatione. q̄
si si tremeret et paueret in se deficiētes/ re-
filiunt in adiutorē vnicū deum. adheren-
tes ei/ se fragiles et nibilo similes reputā-
tes sine eo. **A**ddidit de hānitatē xp̄i q̄ si
cūt inesse suppositali/ sic innitit psonali-
tati filij dei q̄ propriā deserit/ nec i se sub-
sistit. ita inesse gratie vel glorie innititur
deo/ q̄ nullatenus in se. **E**t ita de sanctis
quanto pfectiores: tāto humilius et reue-
renti⁹ in adiutoriū dei resiliūt. **Q**uocō
tra de reprobis. q̄ magis refugiūt a deo et
ad se cōfugient: quo dānabilius puniūt
qm̄ in ipsis est amor sui/ vſq; ad contem-
ptū dei. sicut in alijs est amor dei/ vſq; ad
contēptū sui. **V**eniq̄ spes velut an-
cora. quantomq̄ in arenulis fragilibus
et fluidis humani auxilij figit/ tanto soli-
dius et certius supra firmā perrā (que xp̄s
est) defixa stabilitur. **O**x si quesierit ali-
quis. qđ igit̄ de illis quos nō saluat de?
Respōsum habeat q̄ velut animalia pro-
pter hoīes creatā sunt: ad obsequiorum va-
rietatē/ illa blandiēdo/ ista seuiēdo. intel-
ligere sic habem⁹ propter electorū salutē
prescitos esse formatos/ sine nocere siue
obsequiū conētūt/ ut non glorie omīsvel
obsequēs electi/ vel aduersans eis. **N**einq̄
tamē ita sunt accipienda q̄ dicta sunt. q̄ si
tollatur libertas arbitrij fortificaſt qui
dē magis et instituif/ sed in deo viuifcan-
te p̄ gratiā. que est velut anima quedā vi-
tam habēs in potentia ad vitā secūdam.
ad meritoriā videlicet opatōem. Itaq̄ si
cūt opatō animalis p̄supponit esse natū-
re. sic opatō spiritualis vitā gracie. **H**z
neq̄ audiendus est Cicero. qyt libertatē
in hominib⁹ statueret/ abstulit a deo pro-
videntiā. **N**einq̄ rursus ex aduerso recipi-
end⁹ alter. qui diuinā prvidentiā sic in-
stituere voluit/ ut arbitrio nostro necessi-
tarē imponeret. **P**ro nefas etiā in pecca-
tis dices deum velle et facerē nos peccare

Liber Secundus

54

in manifestatione glorie sue. Porro viam mediā et regiā tradit theologia reuelata si de subnira. q̄ gradīdū est etiā vbi ratiocinationis h̄rie dissolutio plena nō pateret.

Donicus. Existimō q̄ has srias nec in expti satis capiūt/nec exptientiā dare potest industria/nisi pueniēte in bñdictioni bus dulcedinis et coopante dei gr̄a/in effa bili valde mō. Et hoc ē dei donū scire a q̄ postulāda sit et impetrāda talis gr̄a. Dulc̄ta enī dicim⁹ et deficim⁹. verbū aut̄ abbreviatiū et summariū facit sapiētia/dū i anis mas sanctas se trāffert. delicias suas cōputans eē cū filijs hoīm. in quib⁹ bñplacitū est deo/qz sperauerūt sup miscdia ei⁹. Sz ecce iam aduersa pascit et inclinata ē dies qn̄ ad se me vocat op⁹ dei/simul et vie lassitudine quietē te petere suader. Expectet p̄ reli quis multa enī querēda supsunt sequēs dies. Voluc̄er. Expectet placet si pri⁹ audieris sub exēplari modulamie/q̄lis sit vt cū recogites/germani tui status.

Quintū et Ultimū metrū prīmi libri dactilicū tetrametrū hypercatalecticū. currit cū quinto quarti de conso. ph̄i. Boetij. Si quis arcuri:

Unus et multis nauca profundo
vum regit nauē. ventus et imber
Et procellarum turbida moles
Si repētinis motibus vrgent
Prōimaz nautis crebro minantes
Naufrage cladem mortis adesse
Nititur fisis arte magistra
Nil in expertum corde pauent
Segniter linquens omnia solers
Zenrat/ut nauis litora capter
Si malivero tanta molestia
Seuiens pestis/iamq; latratu
Terret auditum scilla canino/
Attrahens gulpho cuncta voraci
Non opem possunt ferre sodales
Pars et in precepis vltro laborat
Scitq; nauclerum stertere puppi
Obstuper talis quis/nihil vltra
Viribus fidit/spes nec in arte est
Respicit celum vora deo dat
Aur mari seſe deſicit alto
Audus enatans. si scopulosum
Prominenſ ſacrum ſuſcipit ipſum
Vel ſinu tuti conditū antri
Laudat ecclſum/gratior illi
Dicit euasi ſorte benigna

O reſeruatum sanctius olim
Obsequi fas ſit xp̄e tibi me
Rursus aut ſi me nauigio das
Utar illo fac proſperiore.

Explicit liber primus:

Incipit liber secū-

dus. Prosa prima. // Donicus.

Ecce nobis/o voluc̄er/altera dies fulſit illa p̄tinuaueris p̄ cor effari/q̄ cepta ſunt. Voluc̄er// Deminulti puto ſub qualit ſilitudine fine accepit beſterna colloctio. Nō oīno diſſimiliter/ nūc aduena n̄ ec pcella publici ciuilisq; naufragij ſulte fugiēs/in locū ſatis abditū/velut in quādā ſecuritatē insulā ſe recepit. Illic more ſolitarij ſedens leuat ſe ſup ſe. theologiā habēs ſolatrīcē/que doctriꝝ eſt discipline dei et electrix operū illi⁹. q̄ ſobrietate et prudētiā docet et iuſticiā et virtutem/quib⁹ utili⁹ nihil ē in vita hoīb⁹. Dec erigit ad ſpēm futurop⁹/que admodū ſeti gimus/afferens q̄ nō ſunt dignae paſſio-nes hui⁹ tpiſ ad futurā gloriā que reuelabit̄ in nobis. Addēs q̄ ſpēs non ſfundit̄ ita tñ ſi ſit vera ſpē. nō ficta. nō fallax. nō temeraria. Est itaq; reprobatio neq; ſſima/fallēs q̄ plurimos blādiētes ſibi viere mūdo dum eras florida eſt/ pueri poteris cū voles/tanq; videlicet ex p̄p̄is virib⁹ nō dei dono ſiat queriſio. Sunt et alij q̄s eo periculosi⁹ q̄ ſubtili⁹ decipit eſtimatio ſua dū caſus peccatoꝝ varioſ q̄s ppetiuntur emēdare nō curāt. vnuſt poti⁹ ad ſupbiaꝝ. reputantes ſimile aliquid ſecū fieri cū aplo/ cui dat⁹ ē ſtimul⁹ carnis/ne magnitudo reuelationū extolleret eū. eis aut̄ ſicut aiunt ne magnitudo virtutū. Ab alijs migrat Judas. i. p̄fello ppter multitudinē fuitus. Teder enī ſi pudet eos totiēs ad p̄fello res deducere lapsus ſuos/a q̄b⁹ abſtinere vel nequeūt dño pmittēre. vel nō ſatis vo- lū. Sunt q̄s ſcrupuloꝝ inq;etudo/et cor- dis puſillanimitas ita perturbat vt vix relati- cuiſ ſit i eis ſpeſ loc⁹. Sufficit alijs ſci- rede ſpe p̄ intellectū diſſerere/dicentib⁹ in deo ſolo ſpē eē reponēdā q̄s neſciat/veꝝ apud tales null⁹ pene ſpeſ vel ſenſus veſef fecit⁹. Inuenies alios ſperātes in miſe ricordia dei/q̄s ad hoīes nulla flectit miſe ricordia. venia nulla p̄z. Quid q̄d despe- rat alij de dei bonitate/ſi non ſuauitatem bb